



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 1. Non modica satisfactio pro mortalibus peccatis requisita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

que delectationibus subjacuit, affligatur: que tamen afflictio pœnitentiæ ad delenda peccatum demum idonea est, cum Sacerdotis fuerit iudicio imperata, cum ab eo confitentium actibus discussis, pro modo criminis onus eis discernitur afflictionis.

§. I.

Non modica satisfactio pro mortalibus peccatis requisita.

*L. de natura
boni c. 31.*

T Ametsi verò (ut cum Augustino dicam) cuique culpæ qualis & quanta debeatur pœna, divini iudicii est non humani: Ac per hoc arduum est, cuique crimini debitum discernere onus afflictionis; tamen non modicum illud esse quod pœnitentibus post Baptismum lapsis subeundum incumbit, vel ex eo constat, quòd Pœnitentiæ Sacramentum laboriosum Baptismum SS. Patres vocitârunt; quia nempè ad amissam per peccatum Baptismi novitatem & integritatem, per Sacramentum Pœnitentiæ, ut loquitur Tridentina Synodus, sine magnis nostris fletibus & laboribus, divinâ id exigente justitiâ, pervenire nequaquam possumus. Hinc illud S. Cypriani; Dominum à lapsis longâ & continuâ satisfactione esse placandum, propter quod alibi eos hortatur:

*sess. 14. c.
2.*

Epist. 40.

tur:

tur: Quàm magna deliquimus, tam granditer Lib. de lap-
 defleamus: ALTO vulnere diligens & longa sis.
 medicina non desit: penitentia crimine minor
 non sit. Putasne tu Dominum citò posse placari,
 quem verbis perfidus abnuisti, cui patrimonium
 preponere maluisti, cujus templum sacrilegâ con-
 tagione violasti? Putasne facile eum misereri
 tui, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet
 impensius & rogare, diem luctu transigere, vi-
 giliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne la-
 chrymosis lamentationibus occupare &c.

Hinc est illa Magni Basilii reprehensio: In Ps. 114.
 'Nos quum vel unâ oraverimus die, vel horâ
 unâ brevem aliquam super peccatis nostris tristi-
 tiam passi, securitatem nobis promittimus: perin-
 de ac quidpiam confecissemus, quod ex æquo re-
 sponderet diluendæ nostræ omni malitiæ: Aliud Hom. in il-
 quippe hic exigi ostendit, cum alibi di- lud. attende
 cit: Attende tibi ipsi, ut pro delicti proportione tibi.
 hinc quoque mutueris ex admota valetudinis in-
 staurandæ subsidium. Magnum est & grave pec-
 catum? multâ opus habes confessione, lacrymis
 amarulentis, peracri contentione vigiliarum, in-
 devulso & incontinenti jejunio: levis est? nec tole-
 randa offensio: Huic quoque exæquetur pœniten-
 tia; sed minor: nam uti post ipsum S. In cap. 2.
 Hieronymus: Qui levi peccatorum sorde ma- Hier.
 culatus est, levioribus purgatur monitis: porro
 peccata gravia quæ ad mortem trahunt, nec nitro

ur: que
 peccata
 uerit ju-
 actibus
 discerni-

peccatis

ino di-
 anta de-
 ni: Ac
 ni debi-
 tamen
 eniten-
 undum
 Pæni-
 Baptis-
 nempe
 novita-
 eniten-
 us, sine
 id exi-
 sumus.
 m à la-
 ne esse
 horta-
 tur:

Serm. 34.
de diversis
cap. 12.

nec herba Borith dilui possunt: sed gravioribus tormentis indigent. Quibus conformiter S. Augustinus, Omnia ergo præterita conversis dimittuntur: cætera autem hujus vitæ sunt quædam gravia & mortifera, quæ nisi per vehemētissimam molestiam humiliationis cordis & contritionis spiritus & tribulationis pœnitentiæ non relaxantur: hæc dimittuntur per claves Ecclesiæ.

L. 7. de ado.
in spiritu
Vide lib. 8.
paulò post
initium sive
Iulianus

Homerus 1.
2. de vita
judicium juxta
Scripturas.
Hanc veræ pœni-
tentiæ vim simul &
modum declarans
7.

Hom. 52.
in Matth.

Ille enim omnium judex, ait post hos S. Cyrillus Alexand. gravissima crimina morte multat; admittit tamen eos, qui peccarint, pretia offerentes, quæ peccata solvant, lacrymas nimirum pœnitentiæ, laboremquæ conversionis & eleëmofynæ modos: superat enim misericordia 2. de vita judicium juxta Scripturas. Hanc veræ pœnitentiæ vim simul & modum declarans 7. S. Prosper: Quod si ipsi, inquit, judices fiant & veluti suæ iniquitatis ultores hîc in se voluntariam pœnam severissimæ animadversionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia: Meritò proinde S. Chrysoftomus cum sibi interrogantem opposuisset: Si casu lapsus fuero, quid faciendum censes esse? respondet: Deterge maculas tuas diligenter. Quo pacto? largas effunde lacrymas, ingemisce, misericorditer pauperibus de tuis afferas. Si injuriatus cuipiam es, satisfacias abundè, reconcilia te illi.

Con-

Confirmant hæc veteres Ecclesiæ Canones, quibus plerumque etiam longi temporis, uni è gravioribus delictis pœna erat decreta; quamvis autem antiquus eorum rigor hodie exoleverit, nec servari necesse est; non exolevit tamen pœnitentia peccatoribus post Baptismum relapsis ac jam resurgentibus divinâ justitiâ imposita. Hanc non modicam esse, generatim declarant jam supra memorata Patrum testimonia; sed speciatim magis ex Ecclesiæ Canonibus colligitur. Non enim decreti erant ut dumtaxat Ecclesiæ, sed præcipuè ut Deo sufficeret. Hoc enim ad reprimendam nimiam quorundam in pœnitentes indulgentiam urgebat B. Cyprianus: *Hæc qui subtrahit fratribus nostris, decipit miseros, ut qui possunt, agentes pœnitentiam veram, Deo Patri misericordie precibus & operibus suis satisfacere, seducantur ut magis pereant.*

Epist. 10. Canones non merè pro satisfactione ipsi Ecclesiæ exhibendâ propositi.

Cum itaque Sacerdotum sit, ut supra monebat Gregorius, discussis confitentium actibus, pro modo criminis eis onus discernere afflictionis: *Debent*, ut ipsis dicit Tridentinum Concilium, *quantum spiritus & prudentia suggesserit pro qualitate criminum & pœnitentium facultate salutare & convenientes satisfactiones injungere, ne si fortè*

sess. 14. ap. 8.

peccatis commiveant & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Ex quo non ritè munere suo fungi probat Manuductio, qui gravium peccatorum reis non nisi E. G. quinque *Pater & Ave* ad satisfaciendum imponunt. Si enim id non fit levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungere, nescio si aliquos Tridentini Patres reprehendant. Attamen hîc iterum sese opponit Appendix, aut sese oppondere fingit *Contra*, inquit num 277. *hoc passim & promiscuè fieri improbamus: sed cum aliquibus sic agere expedit: oportet aliquando misericorditer condescendere fragilitati hominum, qui majores pœnitentias non implerent, potius eligendo ipsos mittere ad purgatorium, quàm ad infernum.*

§. II.

AEgris & moribundis non imponenda magna pœnitentia.

AN, quando, aut quomodo pœnitentium infirmitati debeat vel possit condescendi, non inquit Manuductio, dumtaxat generalem profert doctrinam, quæ in assertis terminis procul dubio

bio